



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 44. Hispaniæ Regis mandata per Egemontium Comitem ad  
Gubernatricem deferenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Sæcul. XVI. spaniam ablegat, ut per eum de Regis  
A.C. 1565. voluntate certior fieret.

## §. XLIV.

*Hispaniae Regis mandata per Eg-  
montium Comitem ad Guberna-  
tricem deferenda.*

*Strada l. c.* Philippus hunc Comitem benigne ex-  
cipiens saepius cum eo conferebat,  
atque eidem in Belgium remisso ampla-  
dedit mandata, quorum summa haec  
erat: „cum incredibili animi mei do-  
lore percepi novos haereticorum pro-  
gressus, quapropter universo Orbi te-  
statum reddere decrevi, quod ne mini-  
mam quidem Religionis mutationem  
in ditionibus meis tolerare velim, et si  
millenas subire mortes oporteret:  
„quapropter mando, ac præcipio, ut  
„Gubernatrix privatum convocet Se-  
natum, ad quem quosdam Episcopos,  
„& præcipue Rithovium Yprensem An-  
tistitem, nonnullos Theologos, atque  
„ex suis Consiliariis Religionis studio  
„magis accensos accerseat quæsita de  
„Tridentino Concilio conferendi occa-  
sione, re tamen ipsa id fiat, ut ex il-  
lorum sententiis percipere valeat, quæ  
nam remedia magis opportuna essent,  
„ut populi in avita Religione conser-  
ventur, atque infantes in scholis jux-  
ta

ta catholicæ fidei puritatem instruan- Secul. XVI.  
 tur, hæretici vero debitas luant pœ- A.C. 1565.  
 „nas, quin exinde tumultus suscitentur;  
 „non tamen propterea consultum vi-  
 „detur, quod ab illis castigandis ces-  
 „fetur, cum id Deo acceptum, aut Re-  
 „ligioni utile esse minime posset: ideo  
 „potius suadeo, ut severitas ea mode-  
 „ratione adhibeat, quatenus novis  
 „sectatoribus tandem admatur vana  
 „spes illius gloriæ, ac famæ, qua ad  
 „mortem cum tanta impietate currere  
 „gestiebant: de cetero autem sollicitu-  
 „dinem, qua postmodum secretioris  
 „Senatus negotia tractentur, quave ra-  
 „tione deinceps judicia, & ærarium ad-  
 „ministrentur, mihi reservo, usque-  
 „dum a Gubernatrice desuper notitiam  
 „accepero. „

Alia secreta epistola ad hanc Prin-  
 cipem data idem Rex significabat, sibi  
 haud ratum, gratumque haberi, quod  
 illius Senatus, cui Belgii Proceres in-  
 terfunt, auctoritas augeretur, cum re-  
 giminis potestati derogare, atque O-  
 ptimatibus ansam præbere posset, ut  
 ex ærarii administratione locupletati  
 factiones conflent, turbasque excitent,  
 de quibus jam ipsamet notitiam de-  
 disset. Postea Rex Egmontio Comiti  
 negotium dabat, ut Gubernatrici testa-  
 tum redderet, quod malis Belgium a-  
 gitam-

**Sæcul.XVI.** gitantibus, de quibus ipsa questa esset,  
A. 1565. remedium opponere studeat: ut autem  


---

 eadem quodammodo præsentaneis ne-  
 cessitatibus suis occurrere valeret, Rex  
 eidem partim numerata pecunia, par-  
 tim Cambii literis sexaginta aureorum  
 millia inter milites pro more conscrip-  
 tos, necnon ducenta millia inter præ-  
 sidiarios, ac centum quinquaginta millia  
 pro Magistratum salariis, & Provincia-  
 rum administrationibus distribuenda  
 submittebat.

## §. XLV.

*Mutato priori consilio severiora  
 mandata a Philippo in-  
 juncta.*

*Thu.l.40.n.2 Strad.l.4 verus finem.* Comes hæc mandata, ac literas Gu-  
 bernatrici tradit: cum autem illa  
 ad ea exequenda animum adjiceret, Rex  
 nova prioribus contraria submittebat  
 mandata; nam hæc non amplius illam  
 lenitatem, ac animi moderationem  
 præferebant, quæ in tam periculosa  
 rerum vicissitudine tum adeo necessaria  
 videbatur: eapropter Comes novi hu-  
 jus mandati ignarus, ac priora jussa  
 minime effectui dari intelligens turba-  
 to præter modum animo apud Guber-  
 natricem querebatur, atque ab Aula  
 secedendi veniam petebat: equidem  
 Guber-